



50 J

DIVI GREGORII COGN
MENTO THEOLOGI, EPI
SCOPINAZIANZENI, DE
THEOLOGIA LIBER
PRIMVS, PETRO
MOSELLANO
PROTE
GENSE
INTERPRETE.

Lipsiæ, apud Melchiorem Lottherum,
Anno a natali Christiano,
M.D.XIX.



PETRI MOSELLANI,
REVERENDO IN CHRISTO PATRI
ac dño d. MARTINO A LOCHAV, theo-
logo clariss. ac Cœnobii veteris cellæ
Abbatis, studiorum benignissi-
mo patrono, PETRVS
MOSELLA:
NVS salutē
dicit P.

In avaritiā &
stulticiā quo-
rundam typō-
graphorum.



Cur typogra-
phi citra delec-
tum omnia ex-
cedant, etiam
Rubeorum
nugalia delira-
mēta, rabido-
rū Ruffinorū
ac Cellariorū
latratus.

Apposita com-
paratio.

Lectiōe, ut Ru-
beorū Ruffin,
ac Cellariorū

Ix dici potest, benignissime pa-
ter, quam mihi displiceat typo-
graphorum quorundam, siue
avaricia, siue stulticia, qui sui cō-
pendii gratia, in studiosorū om-
nium dispendiunt, in quæcunq;
inciderint, ea, citra ullum omnino delectum, for-
mulis suis excudunt, ac toti orbilectitanda ob-
trudunt, siue ea sint docta, siue indocta, antiqua,
seu noua, Christiana, an impia, ac paganismum
olentia, grauia, an scurrilia, elaborata, an inter-
pocula ab ebriis deprompta. Cuius mali nulla
alia est causa, quam quod compertum habent,
nullum librum, etiamsi pessimum, tam esse ma-
lum, quin in tanto vulgi errore, sui similem inue-
niat emptorem. Immo, experientia cotidiana re-
rum omnium magistra, didicerunt, quanto quid
nugatius est & petulantius, tanto auidius ad id
coemendum ruere multitudinem imperitam.
Nam, vt in alendo corpore plæricq; omnes curi-
osiores, quam prudentiores, cibos delicatos &
raros potius, quam salutareis expetim⁹, ita mul-
tis prurit tergum, & gestit animus, si lectione no-
ua, & ad temeritatem usq; procaci, cupiditatem

suam explere subinde detur. Nec enim PLATO inter Ethnicos, si quisquam aliis, iure optimo diuinus habitus, his persuadet, in emendis libris ac disciplinis, emptori periculum imminere multo grauius, quam in cibis. propterea, quod emptitios cibos, priusquam in stomachum demittantur, vasculo aliquo exceptos, domū deferre licet, ac degustatione facta, pariter & medicorum consilio adhibito, quiq; valetudini nostræ conducant, quiq; aduersentur, diiudicare. At cōparatos libros, quales quales sunt, modo aliqua nouitatis gratia cōmendentur, citra ullius consilium tumultuaria lectione, velut pisces hamum, deuoramus. vt sāpē numero pessimi alicui⁹ scrip toris veneno animi nostri testa, ante sit infecta, quā nos in alium plane sentiamus. qui vulgi stu por, locum dat, cum bibliopolarū avariciæ, tum indoctissimorū simul & obscurissimorū literatorum, quos famæ fames extimulat, impudentiæ. Alioqui, nec illi facerent sumptus, eiusmodi nūgis excudendis, nisi spes dolosi resulgeret nummi. nec hi possent ad famam tam facili compendio grassari. sed quando omnibus quodlibet licet. (Nec enim vel Principes vel magistrat⁹, hui⁹ negotii curam, vsq; adeo non salutarem modo, sed & necessariam suscipiunt) tot hodie nouorū librorum scriptores, ne dicam chartarū perditores exoriuntur, quot per æstatis feruorem in culina existunt muscæ. Cūr enim hanc collationē verear? quando, vt hæ, tametsi in nullum usum natæ, cum homine nihil habent cōmune, adeo, vt ne cicurari quidem possint, tamē nusquā nō ob-

A ij

Plato, si quisq; ali⁹, inter Ethnicos iure diuinus, cēset, lōge grauius esse periculū in emendis libris ac disciplinis, q; in cibis.

Nō raro pessimi miscriptorculi veneno pri⁹ inficimur, quam sentiamus.

Vulgi stupor est causa avariciæ bibliopolarū, et impudentiæ scriptorculorū, ut Rubeorū, Ruf. et Cella.

Principum & Magistratuū est, perditores chartarum coercere.

Quot per æstatis feruorem in culina muscæ, tot hodie nihili scriptores existunt.

PETRI MOSELLANI,

Aptissima col
latio malorū
scriptorum ad
muscas.

Quidā, tanta
sunt impuden
tia, ut veritati
vel apertissimæ
sibi agni
tæ reclamet.

Mos eorū
qui malis arti
bus noīs imor
talitatem con
quirunt.

Venusta si
militudo,

Exēplis nebu
lonū & Zoilo
rum dicta cō
probat.

Nemo vñq
ceteris clarior
æmulis caruit,
siue pagan⁹, si
ue christianus.

uolant, nusquā non obturbant, & præteritis sa
nis, putrida, quibus aculeum infigant, quærunt.
quæ, si nō inueniunt, interim, nec a sanis absti
nent: ita hoc genus sycophantæ, ac telluris, non
inutilia tantū, sed & noxia pondera, cum egregi
orū scriptorū virtutes, nulla ex parte intelligere,
ne dum imitari queant, obstrepunt tñ, & alienam
industriā, si qua patere videtur, calumniis impe
tunt. Nōnunq̄ vero:qua sunt impudētia:contra
solem meientes, apertissimæ veritati, sibiq̄ agni
tæ, reclamant. Tanta est hoīm improbitas. dum
nuditatis suæ sibi cōscii, alienis vestibus sese tege
re student, et nominis famam, quā ingenii sui vi
ribus assequi nequeunt, ex clarissimorū hoīm re
prehensione venātur. Siqdē, in certissimā spē ve
niunt, fore, ut quēadmodū in pulcherrimo cor
pore neuus vna cum illo adolefcit, & cicatrix ro
bori impacta, vna in cœlū accrescit, ac a prætere
untibus, velint, nolint, conspicitur: ita & ipsi, si
nobilem aliquē aduersariū nanciscantur, ei⁹ mo
numentis fiant immortales. Sic in incēso Dianæ
templo, vel in uitis Ephesiis, viuit Herostratus.
in Homero, Thersites ac Zoilus. in Socrate Ani
tus & Melitus. in Theophrasto, scortum Leon
tium. in Vergilio & Horatio, Meuius. in Catul
lo, Suffenus. &: vt ad nostra veniam: in Christo
(si fas est hūc inter hoīes recensere) Iudas, & tota
illa pontificū ac phariseorū turba. in PAVLO,
Alexander & Hermogenes. in PETRO Symō
Magus. & sub Origenici nominis vmbra, quidā
virus suum imprudenti lectori insinuant. Quid
hic referam pestilētissimos Arrios & Eunomi

EPISTOLA.

FO. III.

os quibus Basilius, Nazianzenus, Athanasius,
vitā dedere? Quid Heluidios, Iouinianos, Vigis-
lātios, Ruffinos, q̄s in Hieronymiāis libris exe-
cramur? Quid Manicheos, Faustos, Donatos,
Pelagios, quos immortalis Augustini labor ab
obliuione asseruit? Iam in Ioānis Pici Mirādula
ni p̄cipis libris, ridetur a doctis Petrus, nescio
quis, Ep̄us. Et in vno Capnione, tanta barbaro-
rū ac sophistarū manuīs, male audit. quorū oīm
memoria, cum voluminū suorū sonitu, iuxta p̄-
phetæ oraculū, rectius multo deperiisset. Quot
aut̄ vel hodie sunt, qui in magno illo Erasmo, tot
dis simulatis, quæ hic sunt ecclesiæ Christi vtilia,
nōnulla, quæ calūniæ obnoxia videri p̄nt, malig-
ne sublegunt: idq; nō alia causa, quā, vt in tāti ho-
minis libros, vel cum ignominia relati, fama quā
tūuis pœnitenda pascātur? In qua re, diuini hoīs
admirabilis, & omni æuo incōparabilis existit,
cū prudētia, tū anī moderatio. Quāuis. n. vir ilz
le restituedis literis sit natus, & in hoc summi Pō
tificis, Cardinaliū, Archiep̄orū, ep̄orū, Abbatū,
theologorū optimorū, item summorum regum,
maximorū principiū, ac deniq; melioris orbis
suffragiis animat⁹, nihilominus a toto sophista-
rum exercitu cotidie laceſſatur, tamē, si qñ coac-
tus causam dicit, noīatim p̄stringit neminē, par-
tim christianæ modestiæ hoc tribuens, ptim, cra-
bronum istorum petulātiæ id honoris negans.
Nimirum, ne hac ratione mundo innoteſcāt, q̄s
(quia nocere studēt oībus, & p̄delle nemini p̄nt)
p̄stiterit natos nūc̄ suisſe. q̄rsum vero attinet hic
cōmeōrare scripturiētiū examē, qđ ex eoꝝ q̄ nup-

In Ioānis Pici
libris episcop⁹
ridetur.

In Ioanne
Capnione ma-
gna uis barba-
rōꝝ & sophi-
starum.

In Erasmo
ingens syco-
phantarum nu-
merus.

Singularis &
incōparabilis
Erasmi, cū pru-
dētia, tum mo-
destia.

Optimus &
doctiss. quisq;
Erasmi patro-
nus & amic⁹.
Neminē Eras-
mus noīatim
perstrngit, si
qñ coactus, p-
se causam dicit.

A iii

PETRI MOSELLANI,

Examen scrip tanta omniū expectatione LIPSIAE disputaturiētū de Lipsica disputati runt, quāsi alueario repente prouolauit in publicone.

Nec Mosellanus adhuc iuuenis, caret ob vagituū oblitus, in me nihil agnosco, cui inuidetur merito, vel debeat, vel iure possit quisquā. hōc tamē homuntioni huic contigit, cum illis rei lite rariæ heroibus cōmune, quod quæ solo iuuādi

Interptantib⁹. studio, simplici pioq⁹ animo suscepi, idq⁹ Princ⁹

Notat in primis Eccia nœ gloriolæ conductū, sed parum candidum præconē, atq⁹ eius fari nœ sophistas. pe meo longe benignissimo, vel iubente, vel ap probāte, tñ, aut inuidiæ, aut odii mihi peperere, vt quidam: quos ante hanc calumniā natos ne sciebat mundus: herbescenti adhuc studiorū me orū segeti, calumniæ suæ falcam adhibuerint. &

conatus æquos, nō dico quā iniquè, certe parum candide, sint interpretati. Quidem: candissime pater: minus cādidum, immo, quid magis crude le, quā hominis bene merentis, aut certe de omnibus bene mereri studentis, simplicitatem tra ducre? Deum: quem nihil latere potest: mihi ali

Mosellani uel deo teste, nihil quādo animā agenti, & cum morte luctanti, pro a puero tam caputum adesse nolim, si nō iam inde a pueris, non uit, quā ne quē fine summo domandi animi labore, nihil tam ca

ui, quā ne alicuius, vel lacescentis famam mordis cus arriperem, quin om̄ibus, quæ mihi nō adeo contemnenda, si anniti voluisse, contigissent, posthabitis, honoribus, copiis familiaribus, ac cōmunibus humanæ vitæ voluptatibus, hoc vnum sum sequutus, vt optimi cuiusq⁹ & doctis

Optimi cu simi calculo probatus, tandem mentem discipli nis his elegantioribus a mundi sordibus repur simi calculo. p bat⁹ Mosella. gatam, Christo Iesu veræ sapientiæ fonti, diuinæ doctrinæ scatebris irrigandā, supplex offerrem.

EPISTOLA. FO. III.

Hoc interdiu cogitaui, hoc noctu somniaui, huc
manibus pedibusq; cōtendi, huc omnibus aspi-
raui votis, in hoc otium, ut negotium omne, col-
locaui. ac deniq; omneis ingenii neruos intēdi, vi-
delicet, ne desit, quod euangelico illi diuiti, ratio-
nes suasolim explicāti, qd pro talēti quātulicūq;
mihi crediti, vsura, repēdere possim. Nullus ali⁹
vitæ meæ vnquā fuit scopus. Nam, si ad volup-
tates, ad opes, ad honores, ad potentiam anhelas-
sem, longe alia via fuisse ingressus. Nec operā
hic lusi omnem, nec caruit successu conatus. Et
ēm, tametsi: quod ad eruditionem attinet: con-
scius, quā curta sit domi supellex, nihil ausim mi-
hi vendicare, & quā Christus laboribus meis fa-
ueat nesciam, hactenus tamē studia mea probata
sunt a pbatissimis, laudata a laudatissimis, mag-
nipensa a maximis. Possem fortasse ambitiosus
videri, qui hæc de me ipse recenseo. Verum, huc
me adigit æmularū improbitas. Et sunt penes
me, non solum doctissimorū, sed & Principum
virorum, partim literæ, partim præmia. Quo-
rum testimonio: si res ita ferret: euincerem, hic
me adfingere nihil, sed pleraq; omnia eleuare.
Quid aut, quod ad hunc hominutionem ornans-
dū pertinet, omittit illustrissimus Saxonie dux,
Princeps & Mecœnas meus GEORGIVS?
Quid huius patruelis, sacri Rho, imp, elector,
D.FRIDERICVS, heros, extra cōtrouerſiam,
prudentissimus? qui, quā bene velit studiis no-
stris, nō modo literis amātissimis, sed & honori-
fico munere declarauit. Quid Treuirorū meo-
rum optimates, atq; eius populi Archiepiscopus

Rō vitæ ac
studii Mosel-
lani.

Non operam
lusit.

Modestia
Mosellani.

Maxima &
verissima laus
a pbatissimis
probari, & lau-
datissimis lau-
dari.

Illustriss,dux
ac princeps
GEORGIVS,
literatorū Me-
cœnas.

Dux FRI-
DERICVS,
imperii elec-
tor, heros pru-
dētiss, aci eru-
ditosuiros mu-
nificētissimus.

Treuirorum
optimates.



PETRI MOSELLANI,

Treverorum
Archiep̄us.

simul ac princeps RICHARDVS, quē, cum nū
per principis GEORGII l̄fis cōmendat⁹ adiis-
sem, dictu mirū, quā benigne simul & amāter ni
hili hoīem habuerit tantus heros, quā etiā nō vul-
garis conditio hic sit oblata, si ab ea, in qua nunc
sum, liber, ī patria manere statuisse. omitto hic
reuerēdos in Christo patres, viros deo dignos,
Abbates cōplureis, & magnos & doctos, q̄ me, si
qñ eos per occasionē saluto, ita tractāt, vt si ipsis
frater germanus essem, nō possent amātius, si dig-
nitate par, aut etiā superior, nō reuerentiūs. inter

D. Martinus a
Lochau vete-
ris cellæ Ab-
bas.

quos, clarissime pater, tu tuo tibi iure primas vē-
dicare possis. Taceo, nobilissimi generis, comis-
tes, barones, cōpluresq; alios equestris ordinis
hoīes, quos, vel doctrina cōmēdat insignis, vel
vitæ integritas, cum fortunæ splēdore cōiuncta,
supra vulg⁹ euexit. Horum iudicio, super om̄ia
vero, recti cōscientia me consolor, & ad inimico-
rum calumnias fortiter perferēdas, animū obfir-
mo. pr̄sertim, cum aduersus Iacobum Lato-
mum theologū Louaniēsem (qui in meā pariter

Iacob⁹ Lato-
mus theolog⁹
Louaniensis.

& orationis, quā de linguis addiscendis, prīcipe
approbāte edidi, ignominia, stilum acuit)is mihi

Erasm⁹ oīm
nī seculi elo-
quētissim⁹ &
grauissimus.

totius negotii adhuc ignaro (ne quis hoc p̄cibus

annis.
Clarri
grīus.
L' Erasm⁹ lobens, lo-
rinburg a. Petri Mo-
sellani p. 52. f. 1.

datum putet) contigerit patronus, quo eloquen-
tiorē grauioremq; non habet hic orbis, nec for-
tasse vnq; est habiturus. PORRO, alterius (qui

famā meam, non modo sibi bñ volētis & absen-
tis, sed & in grauissimo morbo, ad vitæ periculū

vscq; decumbentis, idq; peregre, quod in se fuit, de-

migravit) temeritas eo minus me solicitum ha-

bet, quo magis id accidisse, Principi displi-

Professoris
cuiusdā hebrai
carū literarum
inhumana te-
meritas,

EPISTOLA. M DCC LVI FO.V.

cuit. Se egregius ille professor, quā sit grauis scili-
cet ac doctus, satis indicat, dum quasi sorex, suo
semet indicio prodit, calumniæ suæ semen ei vi-
tro nuncupatim inscribens, qui me ex lucubratio-
nibus meis tñ cognitum (neq; eñ faciem vidit
vnq;) cōstantissime amat. & quāq; nihil tale me-
rentem, utriusq; linguæ delitias vocat. dum eque-
stris ordinis adolescētis, ad om̄ia summa nati, si
nihil aliud, piū certe factum, perinde ac parrici-
dium insectatur. dum regnum hoc suum nouū,
cuius ego in hoc Gymnasio primus autor fui: se-
rio triumphat, & contra me exercet. dum in re
grāmatica pueriliter peccans, de oratoris profes-
sione, magno supercilie pronūciat. Dum se ipse
pauponis instar miratur, nunc Principis, nūc doc-
tissimorū homin amicitia sese venditans. qui om̄i-
nes audaculū hunc in suis ad me literis, vel ridēt,
vel τρισκαθησάτον appellāt. dum mihi, quia fodi-
dis suis, & sui simillimum compotationibus nō in-
tersum, morum meorum grauitatem, & cum ho-
nestis viris cōsuetudinem honestissime habitans,
pro arrogātia & superbia obiicit. Dum perfric-
ta fronte id negat, quod, si sit opus, ipsius princis
testimonio, plusquā verum conuincere pos-
sem. Dum valetudinis meæ imbecillitatem, cui⁹
eum (si vir bonus esset) misereri debebat, conui-
ciis incessit. dum liuore excæcatus, cōsiliū prin-
cis, in puer a me subornādo, stultissime huc tor-
quet, quasi is puerū nō intellecta euagientem,
Mosellano, qui orationem cōdiderat, prætulerit.
Perinde, ac si quis psittacum, humana verba so-
nantē, homini anteponat. dū ex amicis inimicos

B

Egregius he-
braicarū litera-
rū professor, nō
erubuit suæ in-
scitiaz & ma-
lignantatis testē
Epistolam,
Fabritio doc-
tiss. ac integer
rio homini in-
scribere.

Petrus Sua-
uenius eque-
stris ordīs ado-
lescēs, ad om̄ia
summa natus.
Insectatur.

In ridicula,
nugaci, & fal-
sa Mosellāi cri-
minazione, q̄
seriā responsio-
nē inscripsit.

Reiicit cōmē-
ticia crimia, si-
bi ab hoc ele-
mentario he-
braicarū litera-
rū professore in-
tentata.

Stultitia pro-
fessoris.

PETRI MOSELLANI,

Otho a Pack facere studēs, nobilissimo iuueni Othoni a Pack,
mobilissim⁹ iuuenis.

Obscurissi-
morū quorun-
dam sophista-
rū clancularia
MOSELiani
obtrectatio.

Qd' suo ipsi⁹
indicio fecisse
dephensus est,
in nugis ad Fa-
bričium.

cōtra me frustra adulat, homī tā amico, vt eū in
quouis laudū genere mihi præferri nō erubescā.
dum ex obscurissimorū quorundam sophista-
rum clancularia mei obtrectatione, deorum pa-
riter ac hoīm odiū mihi conflare nititur. dū pub-
licū docendi munus, itinere in patriā ob negotia
quædā confienda suscep̄to, intermissum (idq;
nō solū ante obtēto a principe cōmeatu, verū etiā
causa mea, Archiep̄o Treuirensi, illius literis dili-
gentissime cōmendata) negligentiā, & quasi præ-
uaricationem interpretatur. dum farraginis suæ
totius fundamentū, in mēdacio manifestario col-
locat. Sed quid ego sentinā hanc exhaustire pgo,
& epistolaris breuitatis immemor, amplitudinē
tuam multo foelicius alibi occupataim, his neniiis
onero? Etiā si sunt, qui grauissime ferunt, hanc
meam præposteram (vt ipsi vocant) mansuetudi-
nem, qd' hoīem tot modis iniuriū tolero, virum
nō esse iurgantes, qui tantæ indignitati irasci ne-
queam. si nolim ipse, se tñ suo periculo cum hoīe
acturos. quo sego quietos esse iubeo. cum hac
calumpnia nō moueatur lector, nisi stupidior, quā
ut mea, si respondero, sit intellecturus. Quin lin-
guam excidendā potius, quā parandā apologiā
ei, qui frusto panis conduci possit, vt in alicuius
gratiā, de bōis male, de malis bene loquāt. Puto
eī pater amplissime, lōge maius me opera p̄ciū
studiis meis facturum, si, dum bona eruditorum
pars, mutuo sese stilo cruento confodiūt, salutare
aliquid, vel ipse condidero, vel ex Græcorū fon-
tibus ad latinos hoīes deriuaro, sicuti haud du-

bie est, sanctissimi illius viri, & theologi incōpa
rabilis, Gregorii Ep̄i Nazianzeni, prim⁹ de the
ologia liber, superioribus diebus, per me latinita
te donatus. in quo miserandos theologiae abus⁹,
quos nostra vedit ætas, adeo depingit, vt in hoc
dedita opera scriptus videri possit. Eum fœtum,
quoniam nostræ Camœnæ in tuis ædibus, qui
bus eas per hanc pestis seuitiā exulanteis exce
pisti, produxere: par est, vt tui quoq; noīs auspi
cio cōmendatū, in manus hoīm prodire curem⁹.
Simul, vt ex more solenni, his Calendis Ianua
riis fœlicem ineuntis anni progressum, per hoc
munuscūlū tibi lætiori quasi omine comprecess
mur. Neq; eīl homo iam inde a teneris (vt aiunt)
vnguiculis, literis deditus, præter literas habeo
quicq; qd pro tot ac tātis officiis, quibus me coti
die magis ac magis accumulare pergis, honeste
queam rependere. Spes est aut̄ fore, vt sicuti PE
TRVM semper, ita nunc & hanc eius lucubrati
unculā, serena fronte, & vultu plane benigno, sis
excepturus. sic eīl futurum, vt hoc successu ania
tus, tria eius operis volumina, quæ restat, quæq;
iam sunt in manib⁹, maiori alacritate latinis ho
minibus tradere pergam. Optime vale, reuerens
de pater. & vt Cœnobio tuo, bonisq; oībus diū
valeas, cura. Misnæ, ex ædib⁹ tuis. An. M. D. xix

B ij

Gregorius in
hoc libro ita de
pingit abusum
theologiae no
stræ ætatis, vt
in hoc scriptus
ex composito
videatur.

DIVI GREGORII,
DIVI GREGORII, COGNOMENTO
THEOLOGI, EPISCOPI NAZI
ANZENI, DE THEOLO
GIA LIBER PRIMVS,
PETRO MOSEL
LANO PRO
TEGEN
SE INTERPRETE.

In eos, qui di-
sputatione ab-
utuntur, p̄ser-
tim in re theo-
logica.

Ezech. xxix.
Paulus ad Ti-
mo. iij. c. iiiij.

Timo. i. ca. vi.

Notat, quib⁹,
tum aures, tū
lingua pruriūt,
quinetiam ma-
nus, inani &
pertinaci cōtra-
dicendi studio.

Rhoma. ix.

In eos, quibus
lingua est ver-
satilis & vehe-
mens in medio
rib⁹ dictis ele-
uandis, & stu-
pidior in rerū
veritate perue-
stiganda.

In argutatores
theologistas.



Vi differendi artificio abutūtur,
eos disputatio hæc nostra obiur-
gabit. Et, vt scripturæ verbis ex-
ordiar, ecce ego aduersum te iniu-
riatrix. Sunt em̄ sunt quidā, qui
bus pruriunt, tuī aures, tum lin-
gua. Immo vero, vt video, & manus. pruriūt, in-
quam, prophana vocum inanitate, ac pertinaci-
cōtradicendi studio, non aliunde, quā ex eruditio-
ne, falso sic nominata, proueniēte. tum nullam
omnino vtilitatem adferētibus, disputationum
pugnis. Nam, his nominibus, quicquid in ser-
mone est, vel superuacuū, vel curiosum vocat.
PAVLVS, ille abbreviati sermonis, & preco, &
cōfirmator. idem piscatorū, cum discipulus, tum
præceptor. Hi vero, de quibus sermo institutus
est, vtinam, quemadmodū linguam habent ver-
satilem, ac in dictis nobilioribus probabilioris-
bus q̄ eleuādis vehementem, sic & in rerum veri-
tate explorāda, nō nihil laborarēt. Quod, si face-
rent, parum, aut fortasse minus, essent sophistæ.
nec argutias illas suas absurdas, & a bonorū opi-
nione alienas, tanto studio in medium, quasi ta-

DE THEOLOGIA LIBER PRI. FO. VII.

Ios quosdam iactitarēt. Liceat eñ mihi ridicule,
de re ridicula, loqui. Quoniam autem, omni pietatis
ratione posthabita, vnum hoc spectant, ut vel
nectat, vel soluat quæstiones qualeiscumque (quæad
modum, qui in theatris publice edunt certamina,
non quæ iuxta palestræ leges ad victoriam fa-
ciunt, sed tamen imperitorum oculos perstringunt, &
vulgi captant applausum) Et res huc credit, ut ho-
rum disceptationib. forum omne perstrepatur, ut
cõuiuiorum hilaritas ois, eiusmodi nugarum tedio
languescat. Ut festum oinne, luctusque omnis, illud
quidem infestuum & inamœnum reddatur, hic ve-
ro cõsoletur maiore calamitate, nepe quæstionum
argutiis. Ut denique omne mulierum contubernium,
simplicitatis alumnum, & virginalis pudicitiae
flos, acuta cõtendendi subtilitate decerpatur. Hæc: in
quam: quando sic se habent, & malum intolera-
bile adeo proserpit, huc vergens, ut magnum fidei
nostræ mysterium in arte, & quandam, velut impos-
turam, degeneret, agite vos, non tam auditores, quam
exploratores nos, qui paterno erga vos affectu
mouemur, quicque vestrum omnium nomine (ut diuinus
ille Hieremias ait) in imis cordis nostri sensibus
distorquemur, tolerate tamquam per, dum sermonem
hunc nostrum, aequo animo excipitis. Et lingua,
si quomodo poteritis, paulisper frenata, nobis au-
reis præbete. Certe, quod ad vos attinet, vtcumque
cadat, nullam omnino iacturam facietis. Autem
ego in aureis audientium loquar, & fructum aliquem
proferet oratio, vestram videlicet utilitatem (nam
qui verbum dei seminat, in mentem quidem semiz
nat oem, sed ea demum fruges producit, quæ bona

Peruersum stu-
dium matheo-
logorum.

Apposita si-
militudo.

Intempestiuæ
ac cõtentiosæ
disceptionis
incômoda.

Acuta cõtendendi
subtilitas frâ-
git & cõcidit,
quicquid est in
syncera theo-
logia spirituali?

Fidei nostræ
mysterium ar-
gutiarum vitio,
in arte, et quâda
velut impostu-
ra degnat.

Verbum dei in
bonâ & fecundâ
mentem de-
missum, fru-
ges producit.

B ij

DIVI GREGORII,

fuerit & fœcūda) aut vos hinc abibitis, exhibilato
& hoc nostro conatu. Nacti insuper vberiorem
cōtradicēdi materiā, & maiorem aduersum nos
cōuitiis insurgendi, occasionē. Quo modo fiet,

Vt hodie qdā vt lautius etiam anīos vestros expleueritis. Iam
sophistæ theo- vero si qua præter opinionem vestram & legem,
logi, se omnia scire, magno su qua scire vos oīa pfitemini, idq; iuueniliter adeo
percilio profi & cōfidenter, dixero, nolim id mirum vobis vi-
tentur. deri. Id qd ideo sum præfatus, ne dum imperito-
rum more audacter pronuncio, molestia aliqua

Non est cuius- teneras aureis adficiam. Principio, nō cuiusuis
uis, deo di- est, o Christiani, de deo disputare. Nō: inquam:
sputare, neque id decet quo- euiusuis. Nō adeo res est hæc vilis, & eorū, qui
uis tempore, etiamnum humi serpentes, terrenis occupantur.
neq; apud om Addam & illud. Nō id quouis decere tempore,
nes, neque de omnibus. neq; apud omneis. Neq; de oībus. Nō oīm qui-
dem, quādo eorum tantum est, qui inter mul-
tos habito delectu, ad tantū munus videant ido-
nei, quiq; contemplādi acumine, cæteris antecel-
lant. Ei nimirū, qui iam ante, cum corpus, tum
animū ab affectuum seruitute liberarint, aut, vt
minimum, iam sint in hoc toti, vt se hac via puri-
ficient. Nam, vt parum fœliciter cesserit, si mors-
bosis oculis in solareis radios intueri coneris, ita

impurus ipse, suminam puritatem non sine peris-
culo attractaris. At quando? tum profecto, cum
ab externarum occupationum crassis ac turbu-
lentis curis liberi, altissimo fruimur otio. Alios
qui, quemadmodum inepte quidam deforinib.
literarum figuris eleganteis aliquot appingunt,
& cœno permiscent vnguentum, & nobis eodē
modo princeps animi facultas, diuinæ contem-
plationis capax, vitiosa pariter & fallaci inaniū

Simile.

Quotēpore.

Similia.

DE THEOLOGIA LIBER PRI. FO. VIII.

rerū imaginatione cōfunditur. Oportet eīm vere
vacare, & sic deīm agnoscere deum. Apud quos
aut̄ eos sane, apud quos hoc negotiū est in p̄cio,
quiq; non, vt quoduis aliud & hanc tractationē
pro delitiis habēt. Nempe, post equorū curam,
post spectacula, post cātilenas, post ventrem, &
ea, quæ sub ventre pudēda exercentur. Sunt eīm
quibus voluptatis suæ bona pars est, de diuinis
cōtendere, & repugnantī argutiarū subtilitatē
meditari. De quibus aut̄ disputādum, & quatenus
de his solum, ad quæ humani ingenii acies
pertingere potest, & quatenus cōditio auditoris
& facultas quiuerit assequi. Ne, vt intensior vox
auribus, vt alīmentum immodicū corpori, vtq;
onera paulo grauiora subeuntibus, terræ deniq;
crebriores pluuiæ nocent, ita sane & auditores
quæstionibꝫ altioribꝫ, & quasi solidioribꝫ degra
uati depressiç, damni aliquid accipiant. In sum
ma, hac fine disputandū, ne supra summas fragi
litatis nostræ vireis, quicq; attentemus. Neq; ve
ro hæc sic accipi velim, quasi peccatū sit, dei sem
per meminisse (ne rursus cōtra nos insurgat hi,
qui ad oīa faciles sunt & expediti) Qñ me auto
re, non tam s̄æpe respirare, quā dei meminisse de
bemus. Immo, si audiri hoc pōt, aliud nihil, quā
hoc faciendū. Nam, & ego in eorū sum numero,
qui eam pbant legē, quæ die ac nocte iubet medi
tari. Vesp̄i & mane & meridie p̄dicare, ac deīm
bñdicere dñm in om̄i tpe. Tū si qd & ex Moyse
est mutuandū, siue in cubiculo dormias, siue a
somno exurgas, siue iter facias, siue qd aliud fac
ias, nihilo minus tamen, memoriam tuam dei
effigie impressam puritati intendas, licebit.

Apud quos

Præpostoræ
disputatōis vo
luptas.

De quibus &
quatenus di
sputandum

Simile.

Similia.

Qua fine di
sputandum.

Non est pecca
tū, dei semper
meminisse.

Nihil aliud de
bem⁹, quā dei
meminisse.

DIVI GREGORII,

Meminisse
dei, cuiq; licet,
non etiā de eo
disputare.

Mellis satie
tas vomitum
mouet.

Sūt cuiq; ne
gotio destinā
tū est tempus.

Quæ per se
bōa sūt, nisi be
ne tractentur,
boni gratiam
perdunt.

Suis quēq;
decet color.

Opportunū
tempus theo
logiæ conse
crandum.

Non cantādū
dei canticū in
terra aliena.

Pulcherrimæ
tralationes,

Itaçp dei meminisse, per me sane licet cuiq; at nō
etiā de deo disputare. Nec hoc phibeo, huc spec
tans, vt piū opus negligatur, sed ne nō suo tētetur
tēpore. Nec hoc ago, vt hanc doctrinæ partē ex
plodā, sed, ne quid fiat nimis, caueam. Siquidē, &
mellis facetas vomitū mouet, quantūvis sit mel.
Breuiter, vt Solomoni, sic & mihi videtur suum
cuiq; negotio destinatū esse tēpus. Et videmus,
quæ per se bona sunt, si nō bene q̄q; tractētur, bo
ni gratiā perdere. Nō aliter, atq; hybernis mensi
bus sunt intēpestiui flores. Nec mulieres virilis,
nec viros muliebris ornatus decuerit. Ut nec luc
tui cōuenerit musica, nec in potū lachrymæ. In
summa, hic a me nō op⁹, sed tēpus, dānatur. Q d⁹
si fuerit parū idoneū, opere tam sancto nō digna
mūr. opportunū aut̄ theologiæ cōsecrādū putā
mus. Reclamatis? nequaq; o amici ac fratres, (fra
tres em̄ vos appello adhuc, etiā si animos in nos
geratis nō admodū fraternos) sententiā nostrā
sic obfirmemus. Neq; ratione, vt equi feroces ac
intractabiles sessore, excussa, & religionis freno,
quo alioqui, nostro cōmodo coerceremur, dissis
pato, procul vltra metam feramur. Sed intra ter
minos nostros philosophemur, nec in Aegyptū
efferamur, neq; in peregrinū Assyriorū luxū dis
labainur. Neq; cātemus canticū dñi in terra aliena,
videlicet, citra vllum discriminē, quibusuis au
diētibus, siue ii sint generis nostri, siue peregrini.
amici siue inimici, cādidi siue maligni: quorum
vnicū est studiū, nostris infidiari. Quippe, qui in
fœlicitatis nostræ scintillā, in flammā cupiāt as
surgere, quam accendūt fouentq; nobis interim

DE THEOLOGIA LIBER PRI. FO. IX.

oscitantibus, necq; aduertētibus quicq;, donec au-
ræ suæ flatu, eam in cœlū attollant, & Babylonis Studium ma-
ca flāma circūiacentia oīa exurente, reddat altio- lignitatis
rē. Eteīn, quia eis robur, q; veritati reluctentur, e
suis ipsorū decretis nō suppetit. idem hoc in doc-
trinis nostris, qua parte eis suffragari videri pñt,
venantur. Ac ppter ea, quēadmodū muscæ vul- Comparatio-
neribus, ita hi nostris insidēt fatis aduersis, aut si
ita maulis, erratis. Quin igitur in hoc operā da-
mus oēs, ne ipsi nos amplius ignoremus, & per
hoc disputationū eiusmodi decorum posthabea-
mus? Qd si sapientiā nobis inimicā explodere
nō licet, in illud saltē vno cōfensu incūbamus, vt
secreta quæ sunt, & a vulgi cōspectu semota, secre-
to q; tractemus, & quæ sancta, sancte. Nec in p
phanas aureis, quæ silētio sunt adorāda, proiicia-
mus. Alioqui, declaramus aperte, qui dæmonia
adorāt, & turpiū, tum fabularū, tum rerum sunt
cultores, eos nobis esse lōge religiosiores. Ei eīn
his, qui nō eisdē sint iniciati sacris, sanguinē suū
citius, quā quædā e sacris suis arcana, impertirēt.
Itaq; quid supereft, nisi vt nobis persuadeamus,
vt in vestitu, victu, & risu, deniq; incessu, sic & lo-
quēdo tacēdoq; modū quendā ac decorū serua-
ri oportere? Præsertim, cum inter tot deiuitutes
appellationesq; & λογον, hoc est sermonē & ver-
bum adoremus. Quin ergo disputādi studiū in-
tra certam legem & præscriptū coercemus? Cur
dei generationē, eiusq; e nihilo creationē, tum sec-
tiones, diuisiones, resolutiones audit is, qui ma-
lignus auditor, in deteriorē partem, quæ audit,
interpretatur? Cur iudices cōstituimus accusato-

Comparatio-

Decorū dispu-
tationis seruā-
dum.

Mysteria silen-
tio premēda,
non sunt pro-
phanis aurib;
temere cōmit-
enda.

Vt in omnib;
aliis rebus, ita
& loquēdo ta-
cendoq; modū
seruandus est.

Disputādi stu-
diū intra certā
legem & præ
scriptum coer-
cendum.

A q;rū dispu-
tatōe abstinen-
dū apud malig-
nū auditorem.

C

DIVI GREGORII,

Non sunt hostibus contra nos arma porrigitimus: Quā putas dextere, quoē anno disputationē de diuinis accipient, qui adulteria & fœdas puerorū iniurias collaudant: qui affect⁹ adorant: nec quicq⁹ supra corpus cogitare possunt: Qui heri & nuper sibi ipsi statuerunt deos, eosq⁹ qui factis turpissimis mundo innotuere: an non crasse: non turpiter: non inerudit⁹: Breuiter, non pro suo more: usque adeo, ut tandem deorū suorum pariter & affectuū patrociniū nō aliunde, quā ex tua theologia petant: Nam, cum ipsi inter disserendū, eiusmodi eorū vocib⁹ quasi velitemur, verendū, ne nostro exemplo, paulatim & illi in nostris philosophari discant. Quæ aut spes est, eos sententiā aliquā mutaturū, si præterquā, qd suo marte mala sibi iuueniunt, & a nobis quasi iuuantur: Hæc mala quāta sunt, dissidiis illis & bellis, q inter nos met gerimus, debetur. Quin etiam illis feramus accepta, qui de verbo pugnāt acrius, quā ipsi verbo sit gratū. Quibus pfecto accidit idem, qd mente captis, qui partim proprias euertunt domos, partim liberos trucidāt, aut etiam parenteis pulsant, dum videlicet eos p alienis habent.

Cavendum nedum nimium Christiani in theologia philosophamur, aduersarii nō exemplo in diuinis literis argumentur.

Non acerius est de verbo pugnādū, quā ipsi verbo gratū est.

Similitudo a mente captis sumpta.

Marti. v.

Theologū ad summum nitorem expoliet.

Vnde ambitiosus disputandi studium & prurigo.

CUR hostibus contra nos arma porrigitimus: Quā putas dextere, quoē anno disputationē de diuinis accipient, qui adulteria & fœdas puerorū iniurias collaudant: qui affect⁹ adorant: nec quicq⁹ supra corpus cogitare possunt: Qui heri & nuper sibi ipsi statuerunt deos, eosq⁹ qui factis turpissimis mundo innotuere: an non crasse: non turpiter: non inerudit⁹: Breuiter, non pro suo more: usque adeo, ut tandem deorū suorum pariter & affectuū patrociniū nō aliunde, quā ex tua theologia petant: Nam, cum ipsi inter disserendū, eiusmodi eorū vocib⁹ quasi velitemur, verendū, ne nostro exemplo, paulatim & illi in nostris philosophari discant. Quæ aut spes est, eos sententiā aliquā mutaturū, si præterquā, qd suo marte mala sibi iuueniunt, & a nobis quasi iuuantur: Hæc mala quāta sunt, dissidiis illis & bellis, q inter nos met gerimus, debetur. Quin etiam illis feramus accepta, qui de verbo pugnāt acrius, quā ipsi verbo sit gratū. Quibus pfecto accidit idem, qd mente captis, qui partim proprias euertunt domos, partim liberos trucidāt, aut etiam parenteis pulsant, dum videlicet eos p alienis habent.

ACVERO quando a theologia tractatu aliena & superflua iam resecuimus, & numerosam legionem, quæ in præceps cessit, in porcorum gregem relegauimus, quod reliquū est, ad nos ipsos respiciamus, & theologum nostrum, ad summum usq⁹ nitorem, velut quandā statuam, expoliamus. Quanq⁹ illud prius expēdendū occurrit, vnde ambitiosum adeo disceptādi studium & linguæ, quasi quædam prurigo, pueniat. Quis nouus hic sit morib⁹, quæve ob

DE THEOLOGIA LIBER PRI. FO. X.

loquendi famē tam insatiabilis? Nam, quid tandem est, qđ manib⁹ alligatis, armā⁹ linguā? Nō laudamus hospitalitatē, nō fraternalā charitatem, non mutuū cōiugii amorē, non virginitatē, nec pauperū alendorū curam miramur, nec piis psalmorū canticis deum celebrare, operæ preciū putamus. Multo minus, si quis vigilās vel tota nocte, ad deū stet erectus, vel lachrymis stratū suum humectet. Q uis porro nostrū, corpus suū crebris ieconiis in seruitutē redigere studet? Q uis per piæ precationis quasi gradū, ad deum ascendit, & corporis oblitus, extra sese peregrinatur?

Q uis meliori peius, hoc est, carnis puluerē, spiritus dignitati cogit obedire? Ni mirū, vt pro hūana tēperatura cuiq; ius suū tribuatur. Q uis præsentē hanc vitā, in oris facit meditationē? Q uis generositatis, primū sibi diuinit⁹ inditæ memor, huc summa ope nitit, vt affectibus suis imperet? Iam iracūdias ferociā, & animi tumorē nemo sedat. Nemo deiicientē animi elationē. Nec mōero rem, qui nulla sæpe ratione suscipitur, pellit ex animo quisquā. vt nec voluptatib⁹ istis ineruditis abstinemus. Nec pacē & meretriciū fugimus risū, nec a lasciuis & immodestis oculorū motibus cauemus. Nec audiēdi loquendiq; modū facimus ullum, nec cogitationes absurdas reprimimus. Et (vt semel omnia complectar) nullam gerimus curam eorum, quæ in nobis, cōtra nos malign⁹ ille occupat, & per quæ, sicuti fenestras (vt scriptura loquitur) hoc est, sensoria, mortem in animum introducit. Immo, non solū iis oīb⁹ cōtraria admittimus, sed pinde ac pta victoria,

Christian⁹ bonis operib⁹ q̄ verbis debet esse istructior.

Corpus ieiuniis in seruitutē redigēdū,

Corporis seruatio, spirit⁹ imperio vtendū.
Præsens vita, mortis est meditatio facienda.

Maxia vicitoria est sibi & affectibus suis imperare.

Ineruditis voluptatibus abstinendum;

Malignus spirit⁹, nobis oscitantibus, per sensus tanq; fenestras, mortē in animum introducebit.

C ii

XCI DIVI GREGORII,

Simile a re mi liberius palādi licentiā, militibus suis permittere
litari.

Pro malo ope
re, mala mer
ces rependitur.

Pro impie
tate, si felix pec
cādi, veroq; re
luctandi licen
tia recipitur.

In argutulū
& garrulū dia
lecticum.

Multæ apd
deū māfiones.

Nihil a deo fac
tū est, cui⁹ non
sit v̄sus.

Mansio apud
deum, requies
est & gl̄ia, bea
tis in cōelo re
posita.

Varia viuēdi
ratio, & diuer
sum vitæ insti
tutū, diuersas
mansiones cō
ciliat.

solēt reges, & nos aliorū affectibus locū damus,
eorūq; peccatis applaudimus. Tm̄, vt nobis ans
nuāt, cōtra deum aut ferantur audacius. Et sane,
pro opere malo, malā q̄q; a nobis mercedē, Nē
pe, pro impietate, infelicitē peccādi, veroq; reluctā
di, licentiā accipiunt. Atqui, o dialectice tu (quis
quis es) & garrule, interrogabo te (inquit ad lob
is, qui per turbinē ac nebulas oracula pandit) tu
vero respōde. Vtrū apud deum mansiones sunt
multæ, id qd̄ scriptura dicente, audis, an vna t̄m?
Multæ: inquis: nō vna, recte. impleri ne eas opor
tet omneis, an aliquas quidē impleri, aliquas aut
non, vt quæ sint inaneis & frustra paratae? Vt iq;
oēs, neq; em̄ a deo factū est quicq; , cui⁹ nullus sit
v̄sus. Porro, quid tandem esse statuis hanc mansio
nē? Nō & hoc expedire potes: requiē ne & gloriā
quæ in cōelo beatis sit reposita, an quid aliud? Ni
hil aliud quā hoc, inquis. Hæc qñ nobis sunt con
fessa, age, illud deinceps exquiramus. Est ne quip
piā, qd̄ mansiones has diuersas cōciliet, qd̄q; eis
ex æquo cōueniat, vt mea est sentētia, an oīno ni
hil: Est plane, inquis. Quid nam hoc: quid: hoc
nimirū, qd̄ varia est Christianis viuendi ratio, &
vitæ institutū diuersum. Quodq; pro fidei pros
portiōe, alia vita alio dicit, quod genus, uias no
minam⁹. Quid ergo: his ne oībus ingrediundū
erit, an aliquib⁹ t̄m? Oībus, si quidē hoc v̄nus pos
sis, sin minus, quāplurimis. Hoc q̄q; si nō licet,
aliquot. Qd̄ si ne hoc quidem dabitur, sat, meo
quidē iudicio, fuerit magnificū, vel vñā egregie
sequi. Belle sic decernis. at rursus, cum audis viā,

DE THEOLOGIA LIBER PRI. FO. XI.

quæ ad cœlū perducit, vnā esse & eam quidē per angustā, quid putas hic sibi vult sermo? Vnam sane esse, si virtutē spectes: Hæc em̄ vnica est, quā tūis multas in partes secetur: verū, angustā pp-
terea, qd̄ sudoris plane multū exhibet viatorib⁹,
qd̄q nō adeo multis est trita. præsertim, si cōuer-
tas oculos ad multitudinē eorū, qui itinere ad-
uerso, per spacioſiſſimū vitiorū campū ad infe-
ros cōtendūt. Ita & mihi verū appetet. Igitur, si
hæc vera sunt, cur aliis posthabitis oībus ad vnā
hanc ferimini oēs? & (vt putatis vos) per disputa-
tiones ac ſpeculationes, vt aūtego, nugas & pſti-
gias graſſamini? Haud ſecus, ac ſi veſtris calcu-
lis doctrina noſtra tantæ dānetur inopiæ, vt non
& alios tractatus ſui ſectatoribus queat ſuppedi-
tare? Q d⁹ ſi mea parū vos mouent, faltem Paulum illū magnū audite, qui poſt ſpiritaliū dono-
rū enūerationē, acriter oīno ſic exprobrat. Num
oēs apostoli? num oēs prophetæ? & quæ ſequun-
tur. Iam, vi demus te eſſe ſublimem, & ſublimib⁹
ſublimiorem. immo, ſi velis, vt nebulas trāſcen-
deris ſecretorū ſpectator, & arcanorū factus au-
ditor: vt poſt Eliam igneo ſubueharis currū, &
poſt Moſen diuini vultus inspectione dignus ha-
bearis, vt deniq; poſt Paulum in tertiu rapiaris
cœlū: cur & alios vnius diei ſpacio ſanctos quaſi
ſingis, & theologos calculi tui ſuffragio creaſ, ac
eruditioñe eis velut inspiras? & iſtituis indocte
doctorū cōciliabula multa? Cur captionibus tu-
is, quaſi aranearū telis, infirmiores ſimplicio-
resq; illaqueas? Idq; videri vis facinus plane ſci-
tum & grande? Cur contra fidem excitas crabro

C iij

Vna eſt via, q
virtutem ſpec-
tes, & ea per
angusta, quæ
ad cœlū perdu-
cit, in quālibet
multas parteis
ſecetur.

Angusta ē,
& quia multū
ſudoris exhi-
bet viatorib⁹,
& quia a pau-
cis teritur.

Spacioſiſſi-
mus ē vitiorū
campus, quo
contenditur ad
inferos.

Per disputa-
tiones ac ſpecu-
lationes, imo
nugas & præ-
ſtigias, omnes
graſſantur ad
inferos.

Amara con-
ceſſio, in ſubli-
mibus ſubli-
miores ſpecu-
latores & ar-
gutatores.

Helias au-
reocurrū in cœ-
lū ſubiectus.

Moses vul-
tu dei inspexit
S. Paulus
in tertiu vſque
cœlū raptus.

Cur captio-
nibus tuis, qſi
aranearū telis,
infirmiores ſim-
plicioresq; illa-
queas?

DIVI GREGORII,

Huc quælo re nes? cur dialecticorū obseruationes, aduersum
spiciat oēs theo nos pueriliter adeo meditaris, nō aliter ac fabus
logi sophistæ, & tandem vel lē olim cōtra deos pduxere gigātes? Cur nouā
hoc autore desi theologiæ officinā ædificas, ac in eam hoīes, vt
nāt, Christia nā philosophiā qsc̄ leuissim⁹ est, & viri vocabulo indign⁹, cōuo
dei verbū, hūa cas, ve luti sordes, vndiq̄ in vnā quandā sentinā
nis & a se con cōuerrēs? Nec hoc cōtentus, eos iam ante effœmi
fictis opinioni bus, immo p' natos, tuis adulationib⁹ effœminatores reddis.
phanis deliriis interim astute moliēs, vt eorū stulticia tibi in lu
cōfundere, pol crū cedat? Q d' si & his cōtradicis, & nequaq̄ ti
luere, ac extin guere.

10r
bo dicit
laborant
& otiosis
tendendū.
Ipse dixit

Dogmata Ari
stotelis nihil su
pra hominem
spirant.

Disputādi cā
pus latissim⁹.

mis Pythagoræ silentiū & fabas illas Orphicas
inuade. Tum fastū illū recētiorē, quē præ se fert
ambitiosissimū illud αυτοσ εΦα. Impete Platonis
ideas, corporū trāsmutatōes, aīorū circūitiones.
Deniq̄, non pulchros amores per corpora puls
chra in animū pgrediētes. Explode Epicuri de
os negātis impietatē, eiusdēq̄ insectilia corpora
pariter & philosophis indignā voluptatē. Con
futa Aristotelis argutā adeo & anguste patentem
pūsidentiā. Item eiusdē mortaleis de aīia tracta
tus, & qd huius viri dogmata nihil supra hoīem
spirant. Deiice, & elatū Stoicorū superciliū. Vitū
pera canum ingluuiem, & scurris dignā leuita
tem. Deride pleni & vacui cōmenta. Deniq̄, quæ
cunq̄ hoc hoīm genus monstrose nugatur de
diis, de dæmonibus, tum beneficis, tum malefi
cis. De diuinatiōe, de euocandis superis, dec̄eli-

DE THEOLOGIA LIBER PRI. FO.XII.

ciendis vībris. Postremo, de vi & facultate sydērum. Sivero hæc indigna ducis, de quibus disputationur, ut quæ humilia sint, & iam ante sæpe ab aliis refutata, & in tuis versari mauis, & hic tibi ostendam latissimum patere campum. Quin mihi de mundo philosopharis aut mundis? De rerum omnium materia? de anima? de rationalib⁹ naturis nobilioribus & vilioribus, de resurrectione? de iudicio? de præmiorum retributione? deq; acerbis Christi cruciatibus? Nam in his, vt est utile, veri scopum ferire, sic aberrare nō adeo magnum fuerit periculum. Deum vero interpellamus, in hac quidem vita, pro nostra fragilitate, vtcunq;. Verum, haud ita multo post perfectius fortasse. Idq; in Christo Iesu domino nostro, cui sit gloria in secula seculorum. AMEN.

Vtilior philo-
sophandi ma-
teries.

In quibusdā,
vt veri scopū
ferire non est
inutile, ita ab-
errare nō adeo
magnum ē peri-
culum.

151
PASTORALIS LIBERIA
dilectus. Etiamq[ue] dicitur p[ro]p[ter]a
h[ab]itu[m] p[re]dictu[m] q[ui] p[re]dictu[m] p[re]dictu[m]
et p[re]dictu[m] p[re]dictu[m] p[re]dictu[m] p[re]dictu[m] p[re]dictu[m]

145926

X 2203931

VI

AC 62 P

75.



Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

